PIUS PP. VII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM Nuper pro parte Carissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici expositum fuit quod dudum fel: rec: Clemens PP. XII. Praedecessor noster supplicationibus cla: mem: Philippi V. dum viveret earundem Hispaniarum Regis Catholici sibi humiliter porrectis inclinatus Hospitali Dolorum Jesu Christi Crucifixi nuncup. Mulierum Invalidarum Civitatis Hispalen. quod, ut idem Clemens Praedecessor acceperat ipsi Philippo Regi gratum, et acceptum existebat, de alicujus subventionis auxilio providere volens dicto Hospitali, et pro eo Rectoribus illius seu Administratoribus pro tempore existentibus vel eorum legitimo Procuratori unam Pensionem annuam tercentorum Quadraginta Quinque Ducatorum auri de Camera et unius Julii mtae Romae super fructibus redditibus et proventibus Mensae Archiepalis Hispalen. quae de jurepatronatus ipsius Philippi Regis ex Privilegio Aplico, cui non inveniebatur catenus in aliquo derogatum esse dignoscebatur ad Quatuordecim Annos tunc proximos tantum duraturam, sub certis modo, et forma tunc expressis ac de consensu tunc pariter existentis Archiepi Hispalen. et per Rectores seu Administratores ptos in subsidium, et subventionem Mulierum Invalidarum in dto Hospitali tunc, et pro tempore existentium juxta dicti Philippi Regis mentem, et intentionem, et non in alios usus convertend. Aucte Aplica reservavit, constituit et assignavit, ac alias prout in ejusdem Clementis Praedecoris Litteris desuper sub plumbo expeditis uberius dicitur contineri. Cumque exinde Quatuordecim Anni ad quos Pensio praedicta, sicut ptur reservata, et assignata fuerat jam expirassent seu brevi expiraturi essent primum Benedictus PP. XIV. deinde Clemens XIII. Praedecores nri, ac demum rec: me: Pius PP. VI. itidem Praedecessor noster, obtento consensu tunc existentis Epi Hispalen. Pensionem hujusmodi de Quatuordecim in Quatuordecim Annos successive prorogarunt, et extenderunt quemadmodum in ipsorum respective Litteris in simili forma Brevis ac ultimo loco die IV. Julii MDCCLXXXVIII. expeditis uberius pariter dicitur contineri. Nunc autem, sicut eadem expositio subjungebat, jam expiratis, seu proxime expiraturis Quatuordecim Annis ad quos Pensio praedicta ultimo loco prorogata, et extensa fuit, dicti vero Hospitalis adhuc perdurantibus indigentiis quum dictus Carolus Rex Catholicus eamdem Pensionem praestito jam ad id per modernum Archiepum Administratorem Hispalen. consensu prorogari ad aliud tempus Nobis benevisum plurimum desideret, ideo Regali ejus nomine humiliter supplicatum est Nobis, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur dicti Caroli Regis votis quantum cum Domino possumus annuere volentes ac pti Hospitalis Rectores seu Administratores vel eorum legitimum Procuratorem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti aliisque Eccliis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum pntium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostror. Sctae Rnae Ecclesiae Cardinalium, ad quos supplicem Libellum Nobis humiliter porrectum remisimus consilio, attento consensu pti Archiepi jam praestito, reservationem, constitutionem, et assignationem supradictae Pensionis annuae Tercentum Quadraginta quinque Ducatorum auri de Camera, et unius Julii mtae Romanae super fructibus, redditibus, et proventibus dictae Mensae Archiepalis Hispalen. Hospitali pauperum Mulierum invalidarum Civitatis praedictae, ac pro eo illius Rectoribus, et Administratoribus ptis aut illorum legitimo Procuratori a Clemente XII. ut praefertur primitus factas, ac deinde a Benedicto XIV. et Clemente XIII. ac postremo a Pio VI. Praedecessoribus nostris successive prorogatas, ad alios Quatuordecim Annos a fine ultimo dictae prorogationis computandos, servata coeteroquin eorumdem Clementis XII. Benedicti XIV. Clementis XIII. et Pii VI. Praedecessorum Literarum forma et dispositione, Aucte pta tenore pntium extendimus pariter, et prorogamus. Salva tamen semper in pmissis Aucte Congnis eorumdem Cardinalium. Decernentes easdem pntes Lras firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac dicto Hospitali in oibus, et per omnia plenissime suffragari, sicque in pmissis, per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum Palatii Aplici Auditores ac Sctae Rnae Ecclesiae Cardinales etiam de Latere Legatos, vice-Legatos, et Sedis Aplicae Nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et Aucte judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis Aucte scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. oibus, et sglis, quae in memoratis Praedecorum Nostrorum Lris concessa sunt non obstare, coeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Februarii MDCCCIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Tomé razon. Libro de Salarios y Pensiones al folio 78.
José Malo

R. Card. Braschius de Honestis

Reg.do f. 206. n.º 205. a.º 1803.

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

X

Nota

En vista de eſte Breve de Su Santidad de Prorrogacion por catorce años dela Pension de mil ducados de vellon annuales que goza el Hospital de Mugeres impedidas de la Ciudad de Sevilla sobre los frutos, y rentas de aquella Mitra, y delo expueſto por el Señor Fiſcal le ha concedido la Camara por Decreto de eſte dia el pase en la forma de eſtilo sin perjuicio de las Regalias. Madrid siete de Mayo de mil ochocientos y tres.

El Marq. de Murillo

14

DIPUTACIÓN PROVINCIAL SEVILLA ARCHIVO

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

PERGAMINOS, 600
Hospital del Pozo Santo, leg. 6